Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



.L.

Ex hijs que inuenta sunt, et probata euidens tra
hitur argumentum. Quia summum bonum sic est potens
ac altissima sapientia clarissimum et equitate
rectissima. Sic est eternitate sempiternalissima. Nam
desineret uel si desinere posset summum bonum non esset
quo magis excogitari non posset. Item
omne esse aut ab eterno habet esse aut extempore. Et
nec esse ponere si aliquid habet esse extempore quia aliquid
sit huius eternum esse. Quia cum omne temporale incipiat esse
nec aliquo posset mare ab alio necessario accepit
esse nec est per causas efficientes in infinitum abire. Ergo
efficiens primum de necessitate est ponere quod habet eter
num esse. Item si deus cepisset esse cum nulla res ante
quam sit sibi esse dare posset quia sic necessario esset antequam esset
quod impossibile est. Constat quia ab alio esse accepisset
Ergo primum non esset. nec esset quo maius excogitari non
posset. Ergo nec per consequens deus esset. Ergo si deus
est primum eternum utique esse habet. Nam sicut omne quod
incipit Vt Dam. dicit finitur sim naturam. Sic quod
non incipit fine sim non accipit. Nam constat quod so
la compositio est principium pugne pugna distantie
distantia dissolutionis Vt Dam. dicit. Et primum
est simplicissimum in nullo omno compositum. Cum
cuique eum in deo esse. Deus quod nulli potest esse dissolutioni ob
noxium esse igitur habet eternum. Item sim doctrinam
phi quod non est generabile non est corruptibile. Sed
primum generari non potest. Quia quod generatur primum
non est. ergo primum eternum. Quia omne quod desinit desinit per
actionem alicui agentis ergo ubi nulla est actio ibi nulla
potest esse defectio. Sed omnis actio est a contrario ergo
ubi contrarium nullum est nec actio esse potest. Sed sub
stantie ut phus dicit nihil contrarium est ergo sime sub
stantiae multo forte nihil contrarium esse potest igitur
de primo ad ultimum si ubi contrietas nulla est nulla actio
esse potest. Et ubi actio non est defectio uel corruptio esse
non potest. Restat quod primum eternum est. Item primum est